BIBLIA (PROV-APOC)
Österreich?, 1472 Seite 214r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



214

machab 2

prae misericordiam. Dum enim mulieres delatae sunt natos suos crucidisse quarum ad ubera infantibus suspensis cum publice per civitatem circumducerentur. Alii vero ad primas cocutes precaverant. et latenter sabbati diem celebrantes. cum indicati essent phalangis flammis succensi sunt. eo quod verecundiam propter religionem et observantiam mandatorum sibimet angelum fecerit. Obsecro autem eos qui hunc librum lecturi sunt. ne abhorrescant propter adversos casus. sed reputent ea quae acciderunt non ad interitum. sed ad correctionem esse generis nostri. etenim nullo tempore non sinit peccatoribus ex sententia agere. sed statim ultionem adhibet. magni beneficii est indicium. Non enim sicut in aliis nationibus dominus patienter expectat ut eas cum iudicium diem adveniat plenitudinem peccatorum praeoccupat. Ita et in nobis statuit ut potius nostris in finem delictis ita demum in nos vindicet. Propter quod minime quidem a nobis misericordiam suam amovit. corripiens vero in adversis populum suum non derelinquit. Sed haec nobis ad commonitionem legentium dicta sunt paucis. Iam autem veniendum est ad narrationem. Igitur eleazarus vir de primoribus scribarum vir etate puerilis et vultu decorus aperto ore hyaenae compellebat carnem porcinam manducare. at ille gloriosissima morte magis quam odibile vita complectens. voluntarie pibat ad supplicium. Sputiens aut quomodo oportet accedere. patienter sustinens destinavit non admittere illicita. propter vite amorem. hyaenae autem qui astabant iniqua miseratione commoti. propter antiquam viri amicitiam. tollentes eum secreto rogabant afferri carnes quas licet ei licebat ut simularet manducasse sicut rex imperaverat de sacrificio carnibus. Ut hoc facto a morte liberaretur. et propter veterem viri amicitiam hanc in eo faceret humanitatem. At ille cogitare cepit etatis ac senectutis suae eminentiam dignam. et ingenite nobilitatis canitiem. atque a puero optime gubernationis actus et secundum legem sancte et a deo condite legis constituta. sicut dicebat cito dixit. premitte me velle in inferum. Non enim etate meam dignum esse arbitrantes eleazarum nonagenta annorum transisse ad vetustam alienigenarum. et ipse propter meam simulationem. et propter modicum corruptibilis vite tempus decepturi. et hoc macula atque execratione mee senectutis coinquinare. sed et si in presenti tempore suppliciis hominum eripiar. sed manum omnipotentis nec viventis nec defunctus effugiam. Quam obrem fortiter vita excedendo. senectute quidem dignus apparebo. adolescentibus autem exemplum forte relinquam. si prompto animo ac fortiter pro gravissimis ac sanctissimis legibus honesta mente perfungar. Hiis dictis. continuo ad supplicium trahebatur. hi autem qui eum ducebant et paulo ante fuerant mitiores in eum conversi sunt propter sermones ab eo dictos. quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Set cum plagis perimeretur ingemuit et dixit: Domine qui habes sanctam scientiam. manifeste tu scis: quia cum a morte possem liberari. duros corporis sustineo dolores. spiritu autem propter timorem tuum libenter hec patior. et iste quidem hoc non vita decessit: non solum iuvenibus: sed et memoriam omnis gentis memoriam mortis sue ad exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens.